Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



103

& carceres. lapidati s. secti sunt. tmptati s. in occisio
ne gladii mortui s. Circuierunt in melotis in pellibus
caprinis. angustiati. afflicti. quibus dignus non erat
mundus. Beatus papa Gregorius in expositione cuiusda
euangelii de istiusmodi ꝛ bellatoribus querimoniam
faciendo. ecce inquit electi dei carnem domant. spm
roborant. demonibus impant. uirtutibus coruscant. pre
sentia despiciunt. etnam patriam uocibus. moribusq;
pdicant. eam & iam moriendo diligunt. atq; ad illam p
tormta ptingunt. Occidi possunt. & flecti nequeunt.
Et si coram hominibus tormta passi s. spes illorum in
mortalitate plena est. In paucis uexati. in multis be
ne disponentur. quo ds temptauit illos & inuenit eos
dignos se. Tamquam aurum in fornace pbauit illos. &
quasi holocausta hostie accepit illos. Hunc g martyrum
xpi certamina atq; uictorias audiuimus. eis
nimirum hunc diem tantum credimus sanctificatum.
quantum in semetipsis ut sanctificaretur laborare ptor
menta non cessauerunt. Xpi uero sacerdotibus atq; doc
toribus siue confessoribus huius festiuitatem diei non
incognitam esse credimus. qui corda fidelium spita
liter quasi imbribus irrigant celestibus. VITA S. OTILIE. V.

TEMPORIBUS CHILDERICI IMPERATORIS
Terat quidam dux nomine adalricus. qui alio no
mine etiam dicebatur. ex nobilissimis parentibus ge
neris originem sortiens. galligensium [illegible]ter
ritorio oriundus. Pater uero illius nomine [illegible]liut
hericus in palatio pdicti imperatoris. ho[illegible]nore ma
ioris domus sublimatus erat. filius autem eius